Eſ. LIII. v. 9.

ויתן את רשעים קברו ואת עשיר במתיו על לא
חמס עשה ולא מרמה בפיו׃

§. I.

Quanta humani ingenii perverſitas ſit, ſi aliunde neſciremus, vel ex ſola ſupina rerum ad æternam hominis felicitatem pertinentium negligentia abunde eſſemus intellecturi. Puerorum inſtar, hujus ſeculi delectatur crepundiis homo. Quæ vero æternum erant delectatura multa nobiliora bona, ea proh dolor! alto ſupercilio contemnit. Infelicia, cum ſibi ipſi deeſſe inciperent, primorum noſtrorum parentum veſtigia infelix premit: dignus, qui cum ipſis priſtina eorum exutus ſit felicitate. Il-

Eſ. LII. 13 - 15. LIII. 1-12. vaticinium eſt de Chriſto.